



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 57. Oratio Cardinalis Lotharingii in hoc Conventu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI.
A. C. 1563.

gloriam amplificandam convertat, & sanctam Sedem Apostolicam defensam, atque omnibus ornamentis auctam velit, veterem fidem conservet, illorum consiliis aures præbeat, qui Regni firmitatem in Dei potentia collocatam esse prædicant, nec iis attendat, qui omnia utilitate metienda esse contendentes, tranquillitatem, & pacem, quæ non erit pax, suadent, adjecto præfagio, Regem ita facturum, cum Dei ope adjutus, tam naturæ bonitate impellatur, quam Reginæ Matris, & nobilissimorum Procerum monitis incitetur: Synodum vero spondebat eam in curam incubituram, ut non minus ea, quæ ad universæ Ecclesiæ emendationem pertinent, definiantur, quam etiam illa, quæ privatim Gallicarum Ecclesiarum, regnique commodis, & rationi maxime convenire arbitrabitur.

§. LVII.

Oratio Cardinalis Lotharingii in hoc conventu.

Pallav. l. 2c.
c. 2. n. 6. **H**is perceptis Lotharingius Cardinalis hunc in modum perorabat: „Ratio, „quæ mihi habenda erat, & de meis „genitoribus, & de patria, de familia „mea reginæ stirpi adeo conjuncta, a „me poscit, ut aliquid etiam ipse ad- „derem iis, quæ Oratores exposuerant: „his

his præmissis ita prosequatur: ne
 imitemini Reverendissimi Patres exem-
 plum Roboami, qui rogatus, ut gra-
 vissimum jugum a parente suo Salo-
 mone impositum, aliquantulum rele-
 varet, quo impetrato perpetuam ipsi
 obedientiam populi pollicebantur, tri-
 duum ad deliberandum sumpsit: post-
 ea vero juvenum potius, quam se-
 num consilium amplexatus, repulsam
 dedit, unde calamitates plurimæ se-
 cutæ sunt: hinc impellor ad cohortan-
 dos vos, ut aliquid juris vestri remit-
 tatis, quo Regnum Galliæ, cunctæ-
 que Christianæ gentes plena vobis
 obedientia obsequerentur. Elapsum
 jam fuit triduum, cujus primus dies
 fuerat, cum oratorum adventu prima
 vobis postulata Regis nomine delata
 sunt, secunda autem die eadem ite-
 rata fuerant ad ipsorum adventum, de-
 nique tertius est præfens dies, quo illa
 repetuntur: ecquidem minime dico,
 obedite Regi nostro, avertat id a me
 Deus, nam petit Rex, ac precatur,
 adeoque ego vos hortor ad Regem
 justo dolore levandum, excogitandam-
 que rationem, qua perturbati quo-
 rumdam animi ad meliorem spem ad-
 ducerentur: si enim diutius cuncta-
 mini, Gallia pessum dabitur, ejusque
 ruina tam multas secum elades trahet,

Sæc. XVI.
 A.C. 1563.

Sæcul. XVI.

A.C. 1563.

„ut vel earum cogitatio horrorem in-
 „cutiat. Ceterum Regi non modo ver-
 „bis, sed ipso opere respondere oportebat,
 „proin paratum responsum eatenus mihi probabitur,
 „quatenus illi postea opus ipsum brevi consonabit,
 „nam juxta notum illud carmen: *promissis dives quilibet esse potest*. Ecquidem
 „Rex Catholicus, Pontifex, & multi
 „Principes, Gallix opem tulerunt: verum
 „Rex, Regina, & Regnum præcipuam opem a vobis præstolantur: Percepta
 „hac oratione Patrum plures censebant, integræ, ac perfectæ emendationis
 „sanctiones esse edendas, sed plurimi sola voce, *Placet*, responsum
 „comprobarunt.

§. LVIII.

*Prælatorum nonnulli ad corrigendos
 „abusus in Ordinem irrepentis
 „selekti.*

*Pallav. l. 20.
 „c. 2. n. 7.*

In eadem Congregatione Cardinalis Mantuanus petiit, ut Patres eligerent nonnullos Præsules, qui corruptelas colligerent, aliaque, quæ Sacramentum Ordinis concernunt, digererent ad conficiendam correctionem, quam Oratores postularant: cum ergo id generatim cunctis placuisset, Patrum delectus Legatis commissus est.

§. LIX.